cantium domo: Ac in quolibet Collegio inſtituto ⁊ inſtituendo in quo ſunt vel erunt theologi: eccleſiaqȝ cathedrali Salamantiñ. ſit vna dum taxat theologie cathedra: que magiſtrum regentem ⁊ bachallarium ſub co curſantem habeat ⁊ qui in hmōi mendicantiū per generales ipoꝝ ordinū Qui vero in non mendicantiū domib⁹ cathedrali eccl'ia ⁊ collegijs ſupradictis per ſcholaſticū cuȝ collegio magiſtroꝝ aſſignati fuerit regentes exiſtant: donec ipoꝝ quilibet alium qui ſub eo in eadē facultate magiſteriuȝ ſuſceperit qui ex tunc regens exiſtat habeat ſucceſſorē. Et ſi cōtingat magiſtrum regentem mori vel abſentari ſeu alr̄ impediri qđ ſua regentia nō vtatur per dictum ſcholaſticum cū dicto collegio ⁊ decano alius loco ei⁹ deputetur.

D
Curſus bachallariandi i theologia et ꝙ ꝑ eſ exigitur ꝙ ſit bacallari⁹ i artib⁹ niſi ſit religioſus mēdicans

Volentes qđ null⁹ ſecularis vel religioſus nō mēdicās ad curſum ꝓ bachallariatu in theologia: niſi bachallarius in artibus fuerit vel curſus ⁊ actus oēs qui ad eundem gradum requiruntur peregerit: nec etiam ad hmōi bachallariatū in theologia admittatr̄: niſi per quinqȝ annos vel maiorem ptē cuiuſlibet de libris ſniaꝝ ⁊ duob⁹ ex ipis quinqȝ annis de biblia audiuerit. Decemqȝ lectiones publice legerit: ⁊ vnum principium bachallarijs ⁊ alijs r̄ndendo fecerit: ⁊ ipis quinqȝ annis durantibus iuxta diſpoſitionem ſcholaſtici collegij ⁊ decani dicte facultatis de artib⁹ aliqualr̄ practicauerit: actus ſcholaſticos publice faciendo.

E
Curſus licentiandi i theologia.

Nōqȝ ēt ad priuatū examē null⁹ ꝑdictoꝝ: niſi prius poſt bachallariatū per quattuor annos vel maiorē partē cuiuſlibet: in primo vcȝ de biblia de veteri ⁊ nouo teſtamentis. in ſcđo ⁊ tertio totū librū ſententiaꝝ annuatiȝ libros duos integralr̄ perficiendo. ⁊ in quarto annis facta r̄ſſione de queſtione tentatoria in aliq̄ predictaꝝ cathedraꝝ oēs quattuor libros ſniaꝝ perlegerit: ac in principio cuiuſlibet libri vnū principiū cū alijs bachallarijs diſputādo fecerit admittatur: niſi iam ad licentiam fuerit preſentatus cum his tamē qui de preſenti ⁊ a triennio citra vel circa in theologia ſtudentes fuerunt ſi ⁊ dum per quinqȝ annos vel maiorem partem cuiuſlibet ipoꝝ de libro ſententiarum audierint: dummodo ſufficientes ſint ſuſcepto prius in artibus gradu bachallariatus quod ad gradum bachallariatus i theologia admittantur rector ac vice prout ſibi videbitur diſpenſare valeat.

F
Religioſorum curſus et q̄ nō bacallari⁹ ſeruēt ſue religionis ſtatuta.

Et inſuper ordinamus quod quicunqȝ religioſi mendicantes in quorum domibus artes philoſophia ⁊ theologia leguntur: ante quam ad lecturam ſententiarum pro magiſterij curſu ad quam cum ſui generalis vel capituli generalis litteris dumtaxat admittantur ſuorum ordinum ſtatuta ſeruare teneantur ibiqȝ per eos de tentatoria queſtione arguere volentibus primitus reſponſo duobus annis ſententias annuatim duos libros integraliter perficiendo: ac in principio cuiuſlibet libri vnum principium vt ſupra faciendo ſub ſuo regente legant.

G
Theolog⁹ tertio pacto ꝑncipio eſt bacballari⁹ format⁹.

Predictis tam ſecularibus quam religioſis etiam mendicantibus concedentes quod tertio peracto principio ſint eo ipo bachallarij formati.

H
Bachallarius licentiād⁹ poſt feſtum petri et pauli debet r̄ndere ꝯ placita ⁊ de quolibet ⁊ de ordinaria

Qui poſt feſtum apoſtolorum Petri ⁊ Pauli curſu iā cōpleto die vacatiua bachallarijs curſantib⁹ ⁊ alijs arguere volētib⁹ ꝯ placita ⁊ ſub ſuo regēte de alia ac de quolibetis ⁊ cuiȝ alioꝝ triū regētiū ſua vice ēt añ cōpletū curſum de ordinaria queſtiōib⁹ r̄ndere:



ac vnum actū ſeu repetitionem in ſcholis vniuerſitatis ſub aliquo magiſtroꝝ ſibi per ſcholaſticū deputando facere. ac alij bachallarij non formati poſt curſum cuiuſlibet anni de queſtione ceteris bachallarijs ⁊ alijs arguere volentibus reſpondere teneantur.

I
Repetitio i theologie fiat ſub Magiſtro a ſcholaſtico deputando.

K
Bachalarius non formatus poſt curſū cuiꝰlibet āni tenet̄ reſpondere de queſtione.

Quib⁹ cōpletis quilibet predictoꝝ de legitimitate vel legitimatione vitaqȝ ⁊ moribus eiuſdē ſide facta q̄ntotius ad examē priuatum dū tñ fuerit in ſacris ordinibus cōſtitut⁹ admittatur.

L
Nemo admittat ad examē licētie ſi nō fuerit legitimus ⁊ in ordine ſacro conſtitutus.

M
Theologus a quo debet inſignia magiſterij recipere.

Inſignia magiſterij ſi ad hec ſufficiens ⁊ idoneus rept⁹ fuerit: per ſuū vel aliū regentē de ſui regentis licētia ſpeciali: al's per antiquiorē receptur⁹. Quicūqȝ vero ad hmōi ſtudiū cauſa licētie vel magiſterij gradus recipiendi venerint: ſi ſeculares ſub antiquiori: ſi āt regulares fuerit ſub regente ſui ordinis vel ſub antiquiori in ſtudio reſidente grad⁹ huiuſmodi recipiant. Preterea volumus quod oēs magiſtri in theologia in vniuerſitate preſentes vel infra dictam ad examina ⁊ magiſteria conuocētur: ⁊ ſaltem tres preter preſentantem ſeu inſignia dantem in eiſdeȝ examinibus ⁊ magiſterijs interſint. Quodqȝ ijdem licenciandi ⁊ magiſtrandi ad alia non aſtringantur iuramenta: niſi q̄ ſtatū cōcernant eccl'ie ⁊ alia de preſenti fieri conſueta: ⁊ non reſpicientia graduū dationes ſeu cathedraꝝ petitiones q̄ ⁊ in graduandis in alijs facultatibus precipim⁹ obſeruari.

## ¶ Conſtitutio. xxxij. De religioſis ſtudentibus.

N
Religioſi libere poſſit ſtudere ſalmantice.

Inſuper ſtatuimus ⁊ ordinamus qđ oim regularium etiam mēdicantium monaſteria ⁊ alia loca ciuitatis Salamātiñ. preſentia ⁊ futura in quibus ſtudium theologice facultatis iuxta predictas ordinatiōes exercet̄ vel exercebit̄. Si ipi vniuerſitati ſalamantiñ. cū illis ⁊ ſimilibus indulgentijs priuilegijs libertatibus immunitatibus ⁊ gr̄ijs quibuſcūqȝ q̄bus ⁊ prout monaſteria ⁊ loca Pariſius ſita Pariſienſi vniuerſitati ſinguli religioſi in ſacra pagina ſtudentes ꝑ prouincias ad hmōi ſtudium deſtinati quorūcūqȝ ordinū mendicantium poſſint liberere ad huiuſmodi ſtudium venire. Et ibi abſqȝ cōtradictiōe aliqua ſtudere ⁊ gradum lectoriatus recipere prout in prefato Pariſiēſi ſtudio eſt fieri conſuetum.

O
Priores ⁊ guardiani recipiāt religioſos ad ſe miſſos gr̄a ſtudij ſalmantice intantū vt antiqui in alia monaſteria mittātur quo ſit loc⁹ de nouo veniētibus.

Dilectis filijs vniuerſis ⁊ ſingulis prioribus guardianis ac alijs eorundem monaſteriorum ⁊ conuentuū Salamātiñ. preſidentibus ⁊ fratribus iniungentes quod omni exceptione ⁊ excuſatione ceſſante prefatos in ſacra theologia ſtudentes ⁊ bachallarios alioꝝ ſuȝ vt prefertur venientes recipiant ea forma qua Pariſius recipiuntur atqȝ modo. Verum quia ſicut accepimus monaſteria ⁊ conuentus ipa Salamantiñ. conſueuerunt theologie ſtudia circa curſum ad magiſterium habere in quibus Magiſter ſtudentium Biblicus Bachallarius ac lector ponebantur: Volumus ⁊ ordinamus quod vbi monaſteriorum ⁊ conuētuum Salamantiñ. huiuſmodi facultates ad onus predictorum de nouo veniētiū ⁊ alioꝝ ab antiquo vt premittit̄ ordinatoꝝ non ſufficient monaſteria ⁊ conuentus ipa Primo ad onus hmōi de nouo venientium teneantur. Et eo caſu alij antiqui ad alia monaſteria ⁊ conuentus in alijs ciuitatibus ⁊ dioce. vbicumqȝ exiſtentia vbi eos recipi precipimus ⁊ iubemus eorum Studium transferendo accedere debeant ⁊ teneantur. Iu-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bemus ēt pro exaltatione maiori incremento ⁊ honore ſtudij Theologi-
ci in predicta vniuerſitate qđ oēs ordinum mendicantiū generales i ſuis
capitulis generalibus ſpecialē faciāt mentionē đ monaſterijs eiuſdē ciui
tatis: aſſignentq́ȝ tā magiſtros regentes quā ēt bachallarios ad curſum
magiſtralē ⁊ legentes alios ipſi ſtudio cōuenientes ſicut in quolibet gene
rali capitulo de Pariſieñ. Bononieñ. Oxonieñ. ⁊ Toloſañ. ſtudijs men
tio ſit. Verū qꝛ ſicut ēt accepimꝰ dilecti filij generales ⁊ ꝓuinciales mi-
niſtri ordinū mendicantiū in generalibꝰ ⁊ prouincialibꝰ capitulo hactenꝰ
per eos celebratis nōnullas ĩhibitiones ⁊ precepta fecerunt cōtinētia ne
fratres ipoꝝ ordinū ad ſtudiū Salamantinum ꝓ ſtudendo ⁊ gradꝰ lecto-
riatꝰ licentie ⁊ magiſterij i theologia recipiendo accedere auderēt: qđ de
directo eſt cōtra nr̄as preſentes conſtitutiones ⁊ ordinationes ac naturā
generaliū ſtudioꝝ maxime huiꝰ qđ eſt vnū de q̄ttuor orbis generalibꝰ ſtu
dijs iure ſcripto ordinatis. Nos fidem catholicā in regione Hyſpanica
affectibꝰ ſinceris dilatari ⁊ ampliari ac regi Caſtelle p̄ſenti nobis ⁊ eccle
ſie dei quāplurimū deuoto ⁊ ſucceſſoribꝰ ſuis ⁊ dicto ſtudio reddere gra-
cioſos ⁊ ſuper premiſſis de oportuno ꝓ preſenti ⁊ futuris tp̄ibꝰ ꝓuiſiōis
remedio prouidere cupientes inhibitiones ⁊ precepta predicta hactenꝰ
ſub q̄cūq́ȝ verboꝝ forma edicta preſentiū ſerie auctē aplica ex certa ſciētia
reuocamꝰ caſſamus ⁊ annullamꝰ eiſdē auctē ⁊ ſcientia generalibꝰ prouin-
cialibus miniſtris predictis cuſtodibus ⁊ quibuſlibet alijs dictoꝝ ordinū
ſuperioribꝰ ipoꝝq́ȝ ſingulis ac capitulis eorūdē vbilibet i poſteꝝ celebrā
dis diſtrictius inhibentes ne predicta inhibitiones ⁊ p̄cepta ſeu ordina-
tiones aut q̄uis alia mandata ꝑ q̄ intētio p̄ntiū nr̄aꝝ conſtitutionū ⁊ ordi
nationū q̄uolibet ipediat deinceps concedere facere ſeu ordinare audeāt
ſeu preſumant decernentes ex nunc ꝓ tunc irritū ⁊ inane q̄cq̄d ſuꝑ p̄miſſis
qualitercūq́ȝ a quoquā quauis auctē ſcienter vel ignoranter contigerit at
tentari preſentes nr̄as reuocationē ⁊ inhibitionē i dictis capitulis ꝓuin-
cialibus ⁊ generalibus ſub teſtimonio lr̄aꝝ patentiū rectoris ⁊ ſcholaſti-
ci predictoꝝ manu publica confectaꝝ ⁊ ſigillis ipoꝝ roborataꝝ publicari
mandantes quibus velut preſentibꝰ fidē vbilibet decernimꝰ adhibendā.

C
Irritant̄ ſtatuta capituloꝝ generaliū ⁊ ꝓuincialiū ꝓhibentiū religioſos venire ad ſtudiū ſalmanticenſe.

¶ Conſtitutio. xxxiij. De decano ⁊ deſinitoribꝰ eligendis

Item ſtatuimus ⁊ ordinamꝰ ꝙ decanatus officiū moderno đ
cano cedente vel decēte aut alſ officiū ipm quomodolibet di-
mittente: ad antiquiorem preſentē in ſtudio Magiſtrū i theo
logia pertineat: qui theologoꝝ collegiū more decani theolo-
gice facultatis Pariſieñ. ⁊ aliaꝝ vniuerſitatū cōgregare: ⁊ alia q̄ ad p̄di-
ctos decanos pertinēt facere ⁊ exercere libere valeat. Itē qꝛ ſicut accepi
mꝰ ꝓ ſinguloꝝ negotioꝝ vniuerſitatē tangentiū expeditione vniuerſitas
ipa conſueuit: ⁊ iuxta cōſuetudinē hactenꝰ in ea obſeruatam debet ad re-
ctoris mandatū cōgregari: ex quo q̄pplurimi materiam vagandi ⁊ ad illi-
cita eundo ⁊ redeundo diuertendi habētes ab exercitio veri ſtudij ⁊ alio-
rū bonoꝝ operū non mediocriter retrahunt imo qđ deterius eſt multis
quoꝝ effrenata iuuentus laxatis habenis materia ſtudiū relinquendi pa

A
Decanꝰ in theologia ſit antiquior magiſter i facultate eadē

B
Uniuerſitas ad rectoris preceptum eſt congregandos.



tur plurimiq́ȝ ob id docente experientia q̄ rerū eſt magiſtra hactenꝰ reli-
querūt. Nos ſuper his ⁊ vtilitati reipublice dicte vniuerſitatis ſalubriter
quantū cū deo poſſumus prouidere cupientes ⁊ attendentes ꝙ cū paucis
ſapientibꝰ in ſufficienti tñ numero deputatis ſalubriꝰ ⁊ vtilius negocia ge
rentur ⁊ expedientur quā cū multitudine que ſepe cōfuſionē parit ⁊ diſcor
dias ac iurgia ſuſcitat preſentiū tenore ex certa ſcientia aplica auctē ſtatui
mus ⁊ ordinamus ꝙ deinceps futuris perpetuis temporibus poſt preſen
tiū nr̄aꝝ cōſtitutionū publicationem per rectorem ⁊ ſcholaſticū ac vigin-
ti alios de ipa vniuerſitate diffinitores nūcupandos q̄ annuatim vt ſequi
tur vȝ per vniuerſitatem de nobilibus vel in dignitatibꝰ cōſtitutis licētia
tis bachallarijs ⁊ ſtudentibus decem quoꝝ quilibet ad minꝰ viceſimū qui
tū etatis annū attingat intra octauas reſurrectionis dñice: de regentibꝰ
vero cathedras ſalariatas per ipoſmet intra dictas octauas alij decē no-
minentur ⁊ deputētur ⁊ vbi ipa vniuerſitas dictos primos decem in totū
vel in partem concorditer aut ēt ipi regentes cathedras ſalariatas alios
decem etiam in totū vel in partem concorditer nō noiauerint ⁊ deputaue
rint vt prefertur, ipi viginti vel illi ex eis de quibus vniuerſitas ⁊ regētes
predicti concordes eſſe nō poterūt a rectore ⁊ ſcholaſtico Preſtitis priꝰ
per eos iuramentis de fideli ⁊ vtili iuxta coꝝ conſcientias nominando ⁊
deputando ſi concordes. ⁊ ſi diſcordes fuerint ab vno coꝝ cū primicerio
doctoꝝ ⁊ magiſtroꝝ ſimile iuramentū preſtaturo deputent̄ per bedellum
ſub poena preſtiti iuramenti de mandato rectoris vocatos oīa vniuerſa ⁊
ſingula dicte vniuerſitatis negocia q̄ hactenꝰ per dictā vniuerſitatē ꝯgre
gatā tractari ⁊ expediri ſolita ſunt: ⁊ alia q̄ ad ipam vniuerſitatē ex tenore
preſentiū nr̄aꝝ Cōſtitutionū pertinere noſcuntur ſeu in poſteꝝ pertinere
contigerit abſq́ȝ generali dicte vniuerſitatis: niſi eiſdē rectori ⁊ ſcholaſti-
co ⁊ viginti hmōi diffinitoribꝰ vel maiori parti eorūdē videat̄ cōuocatiōe
tractent̄ regant̄ diffiniant̄ ⁊ gubernent̄. Volentes ꝙ predicti viginti dif
finitores officia regiminis ⁊ diffinitionis hmōi infra octo dies poſt eorū
deputationes ſub modis formis ⁊ poenis q̄bꝰ rector cōſiliarij coꝝ recto-
ratus ⁊ conſiliariatꝰ officia acceptare ſunt aſtricti ēt acceptare ⁊ ſimilia
prout ſcholaſticus ac de vtili fideli ⁊ bona gubernatione iuramenta quili
bet ipoꝝ preſtare ipiq́ȝ bis ad minus in menſe certis inter eos ſtatuendis
diebus vel pluries vbi negocia hoc exegerint de ipiꝰ vniuerſitatis nego-
cijs tractaturi cū rectore ⁊ ſcholaſtico ꝯuenire: ⁊ īfra menſem a tp̄e dimiſſi
aut finiti regiminis ab eadē vniuerſitate deputandis rōnē reddere teneā-
tur. Pro qua reddenda ⁊ ſatiſfactione ſi neceſſaria ſit aut expediat faciē
da dictus ſcholaſticus cōtra predictos ⁊ coꝝ quēlibet ēt ſi ſe vbicunq́ȝ ab
ſentauerint ſicut cōtra rectorem ⁊ adminiſtratorē procedere poſſit ⁊ tenea
tur. Vōq́ȝ vbi predicti rector ⁊ ſcolaſticus ac viginti ſuper diffinitioneȝ
negocioꝝ concordes eſſe non poterunt. Si negocia ipa cōmunia maior
pars: Si vero magna ⁊ ardua fuerint due partes ipoꝝ ea diffinire ⁊ expe
dire poſſint: ⁊ ſic diffinita perinde valeant ⁊ teneant: ac ſi per ipam vniuer
ſitatem clauſtro congregatam diffinita exiſterēt. Vbi autem ipe due par

C
Viginti deſinitores ſūt eligēdi in octaua reſurrectiōis decem cathedratrij ⁊ decem alij nobiles aut in dignitate cōſtituti.

D
Electio deſinitoꝝ i diſcordia reuocat̄ ad rectorē ⁊ ſcolaſticū ⁊ p̄micerium.

E
Res vniuerſitatis gerandae ſt decreto deſinitoꝝ qui ſūt vocādi ꝑ bedelliū ex precepto rectoris.

F
Deſinitores nōminati itra octo dies tenent̄ acceptare offitia ⁊ at minus bis in mēſe cōgregari.

G
Qualē ius habet ſcholaſticꝰ i definitores pſunctos offitio ſuo.

H
In cōibus negotijs preualeat maior ps deſinitoꝝ i arduis vero due partes ipſoꝝ cōcordare debēt aliꝯquin cōuocet̄ ipa vniuerſitas

C

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tes ſuper magnoꝝ ⁊ arduoꝝ negocioꝝ predictorum diffinitione concor/
des eſſe non poterunt: vniuerſitas ipa clauſtro congregetur ⁊ per eā frau

I
Definitor abſētās ſe reliquat ſu ῀itatū de cōſēſu rectoris ⁊ ſcolaſtici.

de ceſſante expediantur ⁊ definiantur. Volumus inſuper qd ſi cōtingat
aliquem de predictis abſentari vel alr impediri qn hmōi negocioꝝ defi
nitione cōmode intereſſe non poſſit: loco ſui de conſenſu rectoris ⁊ ſchola
ſtici ⁊ vbi ipi non conueniant alterius ipoꝝ ⁊ primicerij ſupra dicti aliū di
mittere ⁊ ſubſtituere teneatur. ipeqꝫ ſubſtitut⁹ ad iuramenta ⁊ alioꝝ predi

K
Reuocat ꝗcūqꝫ iuramēta aliqs a rege ꝓſtita q̄ poſſēt ipedire officiales ⁊ ꝑſonas vniuerſitatis a bono eius.

ctoꝝ obſeruationem ſit aſtrictus ad q̄ ipm ſubſtituens tenet. Inhibentes
vt q̄ vno fuerit definitor deputatus: alio annis definitor eſſe neq̄at. Et
ne predicti rector ſcholaſticus doctores magiſtri definitores adminiſtra
tor conſeruatores conſiliarij legentes ſalariati ac quicunqꝫ alij officiales
dicti ſtudij pretextu quorumcūqꝫ iuramentoꝝ in fauorem alterius quam
ipius vniuerſitatis preſtitoꝝ vel in poſterum preſtandoꝝ ſe excuſent: aut
alr̄s ab obſeruatione iuramentoꝝ q̄ ſm tenorem haꝝ nr̄arū conſtitutionū
preſtare tenentur retrahantur zelo interni affectus: quē ad vniuerſitatem
ipam gerimus pro eius incremento iuramenta hmōi eccliis ēt cathedrali
bus vel metropolitanis ciuitatibus ⁊ locis quibuſcūqꝫ: necnō quibuſcū/
qꝫ perſonis cuiuſcūqꝫ ſtatus vel excellentie fuerint: etiam ſi regali vel pō/
tificali preſulgeant dignitate: Preterq̄ chariſſimo in xp̄o filio nr̄o Caſtel
le ⁊ Legionis regi illuſtri ⁊ eius ſucceſſori legitimo preſtita ſeu preſtanda
in quantū dūtaxat nr̄is preſentibus conſtitutionibus obſint ſeu in eis cō/
tenta impediant relaxamus illaqꝫ tollimus ⁊ amouemus. Alr̄s āt predicta
iuramenta per eos preſtita ⁊ preſtanda in ſuo robore volum⁹ permanere:

L
Conſtituit ſcolaſticū executorē cōſtitutionū cū inuocatione brachij ſecularis ſi ꝑ appellatione poſpoſita.

Item qꝛ parū prodeſſet iura ⁊ conſtitutiones condere: niſi foret q̄ tueret
eadem tenore ſcientia ⁊ auctē predictis ſtatuendo prefatū ſcholaſticū cui
vniuerſitas ipa poſt aplicam ſedem imediate ſubiecta exiſtit executorem
oīm ⁊ ſinguloꝝ preſentium nr̄aꝝ conſtitutionū ordinationū ſtatutoꝝ ⁊ cō
ceſſionū necnon preuilegioꝝ eidem vniuerſitati ⁊ ſingularibus perſonis
eiuſdem ipis intuitu ſtudij quomodolibet conceſſorum ⁊ concedendoruꝫ
aplicum per imperpetuū conſtituimus ordinamus ac ēt deputamus eidē
vt per rectorem doctores magiſtros licentiatos bachallarios ſtudentes
quoſlibet ac alios vniuerſos ⁊ ſingulos quoꝝ intereſt vel intererit etiam
ſi de corpore vniuerſitatis non fuerint cuiuſcūqꝫ ſtatus gradus conditio
nis vel preeminentie fuerint ēt ſi pontificali preſulgeant dignitate cōſtitu
tiones ordinationes ſtatuta conceſſiones ⁊ preuilegia predicta iuxta ipo
rū continentiā ⁊ tenorē faciat inuiolabilr̄ obſeruari p̄nominatos ⁊ quoſli
bet alios cōtradictores ⁊ rebelles per cenſurā eccliaſticā appellatiōe poſt
poſita compeſcendo: Inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecu
laris plenā ⁊ liberā facultatem concedentes conſtitutionibus ⁊ ordinatio
nibus aplicis ac ſtatutis ⁊ conſuetudinibus eccliarū ⁊ monaſterioꝝ ⁊ or

M
Scolaſtic⁹ habet facultateꝫ abſoluēdi ⁊ diſpēſandi.

dinum quorumlibet ⁊ alijs in contrarium edictis non obſtantib⁹ quibuſ/
cunqꝫ. Et inſuper pro incremento dicte vniuerſitatis cum pro ſingulis
hmōi conſtitutionum ordinationum ſtatutorumqꝫ tranſgreſſionibus ⁊
poenarum incurſibus nimis deficile foret ad ſedem apoſtolicaꝫ recurſuꝫ



habere eidem ſcholaſtico eos oēs ⁊ ſingulos qui pretextu ſeu occaſione
conſtitutionū ⁊ ſtatutoꝝ ac conceſſionū ⁊ priuilegioꝝ hmōi ſeu alteri⁹ eo
rum periurij reatum excōicationis ſuſpenſionis ⁊ interdicti poenas ⁊ ſen
tentias incurrerint ab eiſdem abſoluēdi ⁊ cū eis qui ſic ligati ſententijs ce
lebrando diuina vel immiſcendo ſe illis irrigularitatis maculam cōtraxerit
miſericorditer diſpenſandi ēt plenā ⁊ liberā cōcedim⁹ haꝝ ſerie facultatē.

N
Scholaſticus vir bon⁹ ⁊ prudens ⁊ doctor in iure vel magiſter i theologia eſt eligēd⁹ a deffinitorib⁹ ⁊ pſētand⁹ archiepiſcopo toletano vt ab eo dē cōfirmet̄ q̄ tū nullā habet iuriſdictionē ſup ꝑ ſcholaſticū.

Preterea conſiderantes qd vbi maius periculum ibi caut⁹ ē agendū ⁊
qd bene prouiſo capiti membra ipi⁹ vtiliter ⁊ proſpere dirigūtur ⁊ guber
nantur idcirco cū ad ſcholaſticū eccliē Salamantin. vt vices cācellarij ge
rentem examinatoꝝ in ſtudio Salamantin. approbatio ⁊ reprobatio ſpe
ctent ipeqꝫ ſcholaſticus executor preſentiū nr̄aꝝ cōſtitutionum ordinatio
num ⁊ ſtatutoꝝ ⁊ iudex ordinari⁹ ipius vniuerſitatis exiſtat ⁊ cui imedia/
te poſt ſedem apoſtolicam ipa ſubijcit vniuerſitas expedit non ſolū quini/
mo ⁊ vt ꝑpetuo vniuerſitas ipa idoneo vtili ⁊ fructuoſo gubernatori gau
deat ſe cōmiſſa neceſſe exiſtit vt ſcholaſtic⁹ pro tpe exnſ vir magne idonei
tatis lr̄ature ⁊ probitatis exiſtat: ⁊ talis qd apud eū acceptio perſonarum
non habeatur. vt igitur hec ſalubrius locū ſibi impoſterū vendicēt diſpo
ſitionē ſcholaſtrie dicte eccliē ordinationi ⁊ diſpoſitioni nr̄e ⁊ ſedis aplice
ſubſequenti forma reſeruantes hac nr̄a preſenti cōſtitutione futuris ꝑpe/
tuis tpibus irrefragabilr̄ obſeruanda aplicam ordinationem alr̄s edictā
qd ſcholaſtria ipa i canonico vl' ciuili iure doctori aut in ſacra pagina ma
giſtro dumtaxat conferatur approbando ſancimus ⁊ ſtatuim⁹ qd ad ipaꝫ
ſcholaſtriam quā dignitatē electiuā deinceps eſſe cenſemus cū vacauerit
in iure canonico vel ciuili doctor vel in ſacra pagina magiſter idone⁹ bo/
ne vite ⁊ conuerſationis honeſte: ⁊ ſufficientis lr̄ature per diffinitores ne
gocioꝝ ipius vniuerſitatis aut maiorem partem coꝝ eligatur. Et venera
bili fratri noſtro archiepō Toletan. pro tpe exiſtenti preſentetur ⁊ per eū
auctē aplica aut per ſedis aplice legatum vel nunciū ab ipa ſede poteſtatē
legati de latere habentē infra tēpus a iure ſtatutū confirmetur. Statuen/
tes ꝙ aliter vel alio modo eidem ſcholaſtrie in poſteruꝫ prouideri neq̄at
ipaqꝫ in gratijs expectatiuis ſub quibuſcūqꝫ verborū formis quibuſcūqꝫ
perſonis conceſſis aut concedendis comprehendi non poſſit nec per ali/
quos acceptari vel de ea virtute iparum gratiaꝝ ſibi prouideri facere aut
de ipa per quēuis aliū quacūqꝫ alia auctē diſponi valeat ēt ſi in hmōi gra
tijs de ipius ſcholaſtrie nomine iuriſdictione ⁊ alijs ſuis vniuerſis q̄lita/
tibus ac de hmōi indulto eiuſqꝫ tenore ac de verbo ad verbū mētio ſpālis
⁊ expreſſa facta foret. Non obſtantibus conſtitutionib⁹ ⁊ ordinationib⁹
aplicis ſtatutiſqꝫ ⁊ conſuetudinibus eccliē ac ſtudij predictoꝝ contrarijs
iuramento cōfirmatione apoſtolica vel quacūqꝫ firmitate alia roboratis
⁊ alijs contrarijs quibuſcunqꝫ. Decernentes ex nunc irritum ⁊ inane ſi ſe
cus ſuper his a quoquā quauis auctē ſcienter vel ignoranter cōtigerit in
poſterum attentari. Per predicta tamen prefato Archiepiſcopo nullam
poteſtatem ſeu iuriſdictionem aut ſuperioritatem ſupra ſcholaſticum pre
dictum attribuere vel concedere volumus ſeu intēdimus quoquo modo.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

D
Vacāte ſcolaſtica dignitate deputādus eſt regimē vniuerſitatꝭ alicui doctori vel magiſtro donec ſcolaſticꝰ eligatur ⁊ cōfirmetur.

Vacante autem huiuſmodi ſcholaſtria doctor vel magiſter per definitores predictos aut maiorem partem eorum deputetur: qui quandiu ipſa vacabit hmōi officium diligenter gerat ⁊ fidelr̄ exerceat. De quo ⁊ quod ꝓuiſione facta aut alſ ad mandatum definitoꝝ predictorum vel dicte maioris partis regimen hmōi libere ⁊ ſponte dimittet iuramentum ad ſancta dei euangelia antea preſtabit.

P
Admonet rectorem ac reliquos obſeruare diligenter has conſtitutiones

Ceterum vniuerſitatem ipſam ⁊ ipſius ſuppoſita fauore ſpecialis gratie ꝓſequi cupiētes dilectis filijs rectori ſcholaſtico doctoribꝰ magiſtris licentiatis bachallarijs ſcholaribus ac alijs vniuerſis ⁊ ſingulis quorum intereſt vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum cuiuſcunqȝ ſtatus dignitatis gradus conditionis vel ordinis exiſtant ⁊ quocunqȝ nomine cenſeantur per aplica ſcripta mandamꝰ quatenus conſtitutiones ordinationes ſtatuta ⁊ alia in preſentibus contenta magna cum maturitate digeſta pro reformatione ⁊ incremento dicti ſtudij edicta ⁊ conceſſa affectibus promptis ſuſcipiant: eaqȝ totis viribus inuiolabilr̄ obſeruare ⁊ cuſtodire ſtudeant ⁊ effectualr̄ conentur. Et vt liberius ⁊ ſalubrius ita facere valeant

N
Irritat conſtitutiōes antiq̄s.

Nos conſtitutiones ordinationes ac ſtatuta quecunqȝ ⁊ qualiacunqȝ fuerint hactenus in dicto ſtudio per quoſcunqȝ alios quāuis etiam aplica aucte facta que ⁊ eorum quodlibet preſentibus haberi volumus pro expreſſis: necnon iuramenta pacta conuentiones diſpenſationes quecunqȝ ⁊ qualiacunqȝ occaſiōe pretextu ſeu cauſa ipoꝝ antiquoꝝ conſtitutionum ordinationum ⁊ ſtatutoꝝ aut alicuius ipoꝝ facta ⁊ preſtita quorum tenores etiam preſentibus haberi volumus pro expreſſis ex certa ſcientia ac de apoſtolice plenitudie poteſtatis tenore preſentium caſſamus reuocamus ⁊ annullamus ac viribus penitꝰ euacuamus caſſaqȝ ⁊ irrita decernimus ⁊ pronunciamus eiſdem ⁊ eorum cuilibet eadem auctoritate inhibentes ne deinceps predictis cōſtitutionibꝰ ordinationibus ſtatutis ⁊ alijs vt premittitur reuocatis vtantur ſeu vti faciant aut permittant aliquatenus nec recipiant vel acceptent. Decernentes ex nunc irritum ⁊ inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis aucte ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

R
decretū quꝰ pꝰ nō conuocari ad iudicū extra ſuam dioceſi nō obſtat iuriſdictioni ſcolaſtici.

Non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacij pape. viij. predeceſſoris noſtri quibus cauetur nequis extra ſuam ciuitatem ⁊ diocc. niſi in certis caſibus ⁊ in illis vltra vnam dictam a fine ſue diocc. ad iudicium euocetur ſeu ne iudices a ſede deputati predicta extra ciuitatem ⁊ diocc. in quibus deputati fuerint ꝯtra quoſcunqȝ procedere ſiue alij vel alijs vices ſuas cōmittere aut aliquos vltra vnam dictam a fine diocc. eorundē trahere preſumant ſeu qd̓ d̓ alijs quam de manifeſtis iniurijs ⁊ violentijs atqȝ damnis ⁊ alijs que iudicialem indaginem exigunt pēnis in eos ſi ſecꝰ egerint ⁊ in id procurantes adiectis ſe nullatenus intromittant ac de perſonis vltra certum numerū ad iudicium non vocandis ⁊ de duabus dictis in concilio generali ſeu ſi aliq̄bus cōmuniter vel diuiſim a prefata ſit ſede indultū quod interdici ſuſpēdi vel excōicari aut extra vel vltra certa loca ad iudicium euocari non poſſintꝰ per lr̄as aplicas non facientes plenam ⁊ expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hmōi ⁊ eoꝝ perſonis locis ordinibꝰ ⁊ nominibus ꝓprijs



mentionem quam alijs apoſtolicis necnon prouincialibus ⁊ ſynodalibꝰ conſtitutionibus ordinationibus ſtatutis priuilegijs ⁊ conſuetudinibus ſtudij eccliarū monaſteriorum ⁊ ordinum predictoꝝ ēt iuramento ꝯfirmatiōe aplica vel quacūqȝ firmitate alia roboratis ⁊ quibuſlibet alijs priuilegijs indulgentijs ⁊ lr̄is apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunqȝ tenoꝝ exiſtant ⁊ alijs contrarijs quibuſcunqȝ per que preſentibus non expreſſa vel totalr̄ non inſerta earū effectꝰ necnon iuriſdictionis ⁊ executionis prefati ſcholaſtici cōceſſio ⁊ explicatio impediri valeat quomodolibet vel differri ⁊ de quibus quorumqȝ totis tenoribꝰ de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris lr̄is mentio ſpecialis. Per hec tamen indulgentijs cōceſſionibus lr̄is gratijs priuilegijs libertatibus ⁊ immunitatibꝰ dicte vniuerſitati vel ſingularibus perſonis eiuſdem tam ſuper perceptione fructuū beneficioꝝ ſuoꝝ dū ſtuduerint vel legerint in ſtudio ſepe fato ⁊ reſidentia interi nō facienda cōſeruatoria vniuerſitati ⁊ ſingularibꝰ eiuſdem ſuper moleſtijs iniurijs ⁊ dānis illatis ⁊ inferendis poteſtate ſcholaſtico abſoluendi a periurijs ⁊ excōicationis ſuſpenſionis ⁊ interdicti ſententijs ⁊ ſuꝑ irregularitate diſpenſandi ⁊ alium ſeu alios eligendi qui eoſ abſoluere ⁊ cū eo in ſimilibꝰ diſpenſare valeant cōceſſis certe ptis decima rū dicte vniuerſitati cōceſſione ſalarijs nouaꝝ cathedrarū ⁊ augmēto aliquarū de antiq̄s ꝯceſſione ſeu inhibitione de dignitate ſcholaſtrie alteri q̄ꝫ in ſacra pagina magr̄o aut in iure canonico vel ciuili doctori cōferēda canonicatus ⁊ preſtimonioꝝ annexione illi facta de cautiōe ꝑ adminiſtratorē ⁊ eiꝰ locū tenentē dāda prut in lr̄is aplicis ſuꝑ inde cōfectis pleniꝰ cōtinetur quā alijs q̄buſlibet indultis ⁊ conceſſionibꝰ in ipiꝰ ſtudij vel ſingularū eiuſdē ꝑſonaꝝ fauorē aut libertatē q̄uolibet datis ⁊ ꝯceſſis nullū volumꝰ ſeu intendimꝰ preiudiciū generari ſed ea iuxta ipoꝝ ꝯtinentiā ⁊ tenorē ſicut preſentia nr̄a cōſtitutiones ordinationes ſtatuta ꝯceſſiones ⁊ indulta per quoſcūqȝ cuiuſcūqȝ auctis dignitatis vel excellentie fuerint inuiolabiliter obſeruari.

S
Rector tenetur conſtitutiones legere ante feſtum ⁊ illas vniuerſitati publicare.

Poſtremo arbitrantes qd̓ ſepe videre ⁊ percipere ea q̄ obſeruanda ſunt ſūma prudētia eſt ⁊ qd̓ ꝑ aſſiduā viſionē lectionē ⁊ auditionē agēda meliꝰ memorie cōmendant volumꝰ ⁊ ſub pena preſtiti iuramenti rectori precipimꝰ ⁊ mandamꝰ q̄tenꝰ ipe annis ſingulis ante feſtū natiuitatis dn̄i vel infra octauas eiuſdē priuilegia q̄cūqȝ vniuerſitatis vtilia ⁊ oēs nr̄as preſentes cōſtitutiones ſaltem ſemel perfecte ⁊ intelligibilr̄ videat ⁊ legat ac vniuerſitati ad hoc ſpālīter conuocate alta ⁊ intelligibili voce legi ⁊ publicari faciat atqȝ mandet. Nulli ergo oīno hominū liceat hāc paginā nr̄e cōſtitutionis ſtatuti ordinatiōis mandati decreti ꝓlationis p̄cepti ꝯceſſionis ꝓhibitionis inodationis ihibitiōis caſſationis irritationis euacuationis reuocationis annullationis exhortatiōis relaxationis ſublationis amotionis deputationis reſeruationis ſanctionis pronūciationis intentionis ⁊ voluntatis infringere vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc attētare preſumpſerit indignationē oīpotentis dei ⁊ beatoꝝ Petri ⁊ Pauli aploꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſurū. Datis rome apd̓ ſanctū Petrū decimo kalendas martij pontificatꝰ nr̄i anno quinto.

¶ Eugeniana.

A
Obtinētium cbatedrā cū ꝓpetate q̄ tenentur īfra certūtē pꝰ recipere inſignia magiſteratꝰ vel doctoratꝰ aut licētiā ⁊ quā penā incurrūt cōtrariū facientes.

EVGENIVS EPISCOPVS SERuus ſeruorum dei ad perpetuam rei memoriam. Inter alia que frequenter nobis incumbūt ex debito paſtoralis officij peragenda: nos ingens ſolicitudo perurget: vt loca ſingula in quibus generalia vigent ſtudia: ſpecialibus priuilegijs ⁊ imunitatibus fulcire curemus. Et vt illoꝝ propagentur decus ⁊ honor: noſtri partes miniſterij libenter impartimur. Cum itaqꝫ ſicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum filiorum rectoris ⁊ vniuerſitatis ſtudij Salamantiñ. petitio continebat in dicta vniuerſitate vigintiquinqꝫ cathedre ordinarie de publico ſalariate ſint: ipſiuſqꝫ vniuerſitatis plurimum decus exuberaret: ſi doctoralibus ⁊ magiſtralibꝰ inſignijs pollentium copia cerneretur ibidem. Nos in ipſius vniuerſitatis in hac parte ſupplicationibꝰ inclinati: auctoritate apoſtolica preſentium ſerie ſtatuimus ⁊ ordinamus quod omnes ⁊ ſinguli dictas cathedras pro tempore tenentes ſiue regentes ad hoc habiles ⁊ qui ſolitos in talibus curſus ꝯpleuerint bachallarij quidem moderni ex nunc ⁊ futuri a tempore quo dictas regere cathedras inceperint: infra annum pro licentia examen ſubire ⁊ poſtea infra biennium. necnō licentiati videlicet moderni ſimiliter ex nunc ⁊ futuri a tempore quo prefatas cathedras pacifice tenuerint: etiam infra biennium inſignia eis debita recipiāt: niſi aliud ipſis ob cauſam rationalem per rectorem ſcholaſticum doctores maioremqꝫ partem definitorum dicte vniuerſitatis indulgeatur. alioquin hmōi quas rexerint: cathedris priuati ſint eo ipſo. Quod tamen ad Muſice: Geometrie: Aſtrologie: Rectorice: ⁊ Arithmetice artium. necnon Arabice: Ebraice: ⁊ Chaldeorum linguarū cathedras pro tempore regentes ibidem nullatenus extendatur. Quodqꝫ omnes ⁊ ſinguli preſentes ⁊ futuri qui poſtq̄ꝫ doctores ⁊ magiſtri per viginti annos aut octo menſes cuiuſlibet annorum prefatorum continue vel interpollatim dictas Cathedras ſalariatas in ipſa vniuerſitate hactenus ⁊ in antea rexerint: eoꝝ locis alios idoneos de quibus rectori ⁊ definitoribus prefatis ac conſiliarijs eiuſdē vniuerſitatis iuxta vota inibi ſtudentium vel maiori parti eorundem pro tempore videbitur ad legendum in ipſis ſalariatis cathedris ſubſtituere ⁊ ſubrogare libere liciteqꝫ valeant auctoritate ⁊ ſerie premiſſis indulgemus. Non obſtantibus ſtatutis ⁊ cōſuetudinibus vniuerſitatis eiuſdem iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis alia firmitate roboratis ceteriſqꝫ contrarijs quibuſcūqꝫ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti ordinationis ⁊ conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotētis dei ⁊ beatoum Petri ⁊ Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Rome apud ſanctum Petrum. Anno incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo triceſimo primo Sexto kalendas martij Pontificatus noſtri anno primo.

B
Regētes cbatedrā cū ꝓpetate ꝑ vigīti ānos vtꝛlꝰ imunes ſit a legēdo dūmō ſubrogent idoneū ſubſtitutum.



CIrca conſtitutionem q̄ diſponit in vacationibus cathedrarum: Qđ ſi in petitione alicuius Cathedre vel auditorij vacantis competitores fuerint diuerſorum graduum. ſ. doctor vel magiſter ⁊ licentiatus. vel licentiatus ⁊ bachallarius. vel ſi fuerint plures doctores vel magiſtri: qđ ceteris paribus maior vel antiquior in gradu preferatur. ⁊ ꝙ graduati in hoc ſtudio Salamantiñ. ceteris paribus graduatis alibi preferant̄. Et ꝙ bachallarius cū doctore vel magiſtro nullatenꝰ admittat̄ ⁊c. Declaratum fuit per reuerendos dños Ariā maldonado ⁊ Johannē alfonſi de benauente doctores infra ſcriptos: q̄bus per venerabilem ⁊ diſcretū virum dopnū Petrū fernandi de huete archidiaconū eccl'ie Oxomenſis vniuerſitatis ſtudij Salamantiñ. rectorem ⁊ per cōſiliarios eiuſdē rectoris ⁊ ſtudij hoc cōmiſſum fuit in preſentia notarij ſtudij ſepe dicti ⁊ teſtium. Ad dubitationes ⁊ altercationes ſuper hoc in futurū tollendas. qđ dicta conſtitutio ſolū habet locū in vacatiōe principali cathedraꝝ. ſ. qñ aliq̄ cathedra vacat ⁊ debet de ea vacante quo ad titulū ⁊ proprietatē ipſius cathedre alicui perpetuo prouideri. Et ꝙ non hꝫ locū in ſubſtitutionibꝰ ipaꝝ cathedrarū. ſ. qñ ceſſante cathedratico ꝑ ſui abſentiā a lectura: dꝫ lecture ipiꝰ cathedre de aliquo ſubſtituto idoneo ad tp̄s aliqđ. ſ. per tp̄s illiꝰ abſentie ꝓuideri. ⁊ ꝙ in caſu dicte ſubſtitutionis nihil aliud obſeruari dꝫ: niſi qđ ſubſtitutus q̄ loco principalis lectoris poni dꝫ ꝑ rectorē ⁊ cōſiliarios eligat̄: ꝓut ī alia ꝯſtitutione ſuꝑiori cauet̄. qđ dꝫ intelligi qđ eligat̄ talis ſubſtitutus idoneꝰ ⁊ ſufficiens ad lecturā đ quocūqꝫ gradu maiori vel minori iuxta arbitriū ipoꝝ ſm vota ſtudentiū ibi audientiū ꝓut ꝯſuetū ē regulandū propter has rōnes. Prīo qꝛ dicta ꝯſtitutio q̄ loquit̄ de principalibꝰ vacationibꝰ cathedraꝝ: non dꝫ extēdi ad ſubſtitutiones in q̄bꝰ ꝑ predictā cōſtitutionē precedentē factā ſuꝑ ſubſtitutionibꝰ ſpecialr̄ fuit ꝓuiſum. Scđo qꝛ non ꝯcurrūt eedē cauſe nec ijdem effectus in ſubſtitutione ⁊ in ꝓuiſiōe principali. Tertio qꝛ cū dicta ꝯſtitutio diſponens de ſubſtitutiōibꝰ ſit prior in ordine ꝯſtitutionū: nō debet limitari nec limitat̄: nec corrigit̄ ꝑ dictā cōſtitutionē de vacatione principali poſteriorē: cū correctiōes niſi vbi expreſſum fuerit non debeant ſubaudiri. Et qꝛ cū dicte cōſtitutiones nō ſint cōtrarie: ſed diuerſe ⁊ in diuerſis caſibus diſponentes: vna nō hꝫ corrigere nec limitare aliā. Maxime qꝛ licet in illo articulo ſubſtitutionis eſſent cōtrarie qđ non ſunt: potiꝰ eſſet ſtandū dicte cōſtitutioni priori quā alteri poſteriori: cū in cōſtitutionibꝰ particularibꝰ ⁊ localibꝰ antiquiori ⁊ priori conſtitutioni potiꝰ quā poſteriori ſit ſtandū. Quarto qꝛ cū olim ī cōſtitutionibꝰ benedicti fuiſſet appoſitū: qđ ſubſtituti eēnt eiuſdē gradꝰ cuiꝰ eēnt principales ſi reperiri poſſent: ⁊ hoc ſcienter fuerit amotū in his conſtitutionibꝰ Martini: pꝫ qđ nunc per has ꝯſtitutiones ſine aliq̄ differētia graduū ſolū per electionē rectoris ⁊ cōſiliarioꝝ vt dictū eſt: oēs ſubſtituti poni debent. Et ita videt̄ nobis doctoribꝰ infra ſcriptis ſaluo quocūqꝫ iudicio meliori.

Arias doctor.

Jo. decretoꝝ doctor.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES